

Q. D. B. V.
ACTUM EUCHARISTICUM
POST SOLENNES
TEMPLORUM GRATULATIONES
DE
SUCCESSU ET LAPSU
TURCARUM
IN
GYMNASIO ZITTAVIENSI,
AUDIENTIBUS

PATRONIS, FAUTORI-
BUS ET AMICIS,

MODERANTE AC COMMENDANTE

CHRISTIANO WEISIO, RECT.

d. 31. Jan. M DC LXXXVI.

INSTITUENT

SI NON ELOQVENTIA, BREVITATE TAMEN PLACITURI
JUVENES

ANDREAS Herfarth / *Zitta-Lusatus.*

JOHANNES PAULUS Günther / *Lauba-Lusatus.*

JOHANNES GEORGIUS Engelmann / *Marglißâ-Lus.*

CHRISTOPH. Gottfried Raming / *Rosuvino-Misn.*

LAURENTIUS CHRISTOPH. Welsch / *Nordlingâ-Suev.*

CAROLUS JACOBUS Ritter / *Zittâ-Lusatus.*

JOHANNES JACOBUS Winziger / *Zittâ-Lusatus.*

JOHANNES FRIDERICUS NICOLAI, *Eileburgo-Misn.*

JOHANNES FRIDERICUS Meuer / *Zittâ-Lusatus.*



ZITTAVIÆ,

Typis MICHAELIS HARTMANNI.

M. D. C. C. L. X. V. I. I.
ACTUM EUCCHARISTICUM
POST SOLEMNES
TEMPLOORUM GRATULATIONES

DE
SUCCESSU ET LAPSU
TURCARUM

GYMNASIO ZITTAVIENSIS
ALUMNUS
PATRONIS, FAULTORI-
BUS ET AMICIS,
MODERANTE AC COMMENDANTE
CHRISTIANO WEISIO, RECT.

M. DC. LXXV.
INSTITUIT
SI NON ELOCVENTIA, BREVIOR TAMEN PRACURIO
JUVENS
ANDREAS DORLAND, Xaverianus,
JOHANNES PAULUS GUMPERT, Casp. I. Hofmann,
JOHANNES GEORGIVS GUMPERT, Xaverianus,
CHRISTOPH. GUMPERT, Xaverianus,
LAURENTIUS CHRISTOPH. GUMPERT, Xaverianus,
CAROLUS JACOBUS GUMPERT, Xaverianus,
JOHANNES JACOBUS GUMPERT, Xaverianus,
JOHANNES BRIDICIVS, Xaverianus,
JOHANNES BRIDICIVS, Xaverianus,
JOHANNES BRIDICIVS, Xaverianus,
ZITTAVIAE,
THEO. MICHAELIS HARTMANNI



Llustre nunc exactum est Triennium, quod accuratis rerum gestarum Scriptoribus nobilissimam commentandi materiam reliquit. Orientalis enim Tyrannus fortunæ viriumq; fiducia ferocissimus, quicq; sibi videbatur Pacis ac Belli vel Dominus vel Arbiter, verso in contrarium facto, fugere, timere, sua relinquere, tantum non desperare didicit: quin & novo exemplo, cum antea fuisset in petenda Pace nimium superbus, Legatos passim destinat, pacem & reconciliationem non offerentes, non rogantes, sed verè suspirantes. Etsi autem Ottomannica hæc moles vel ideò magis fuit concussa, quod uno impetu Germanorum, Polonorum ac Venetorum vires experiretur: ipsum tamen tantæ felicitatis initium affulgere tum videbatur, cum constituta ad Viennam castra territis ac profligatis hostibus eriperentur, nostriq; jam intelligerent, Milites, qui semel eâ clade fuissent multati, novis damnis & calamitatibus fieri posse famosiores. Et in eo quidem prælio præ cæteris eluxisse **MARTEM SAXONICUM**, non nostri solum asserunt milites, quos forte ob suæ gloriæ favorem haberemus suspectos, sed Exteri, sed ignoti, sed nullis nostrorum beneficiis devincti testantur. Audiamus Oratorem Romæ clarum *Dn. Antonium Malegonnellium*, seu ut postea dictus fuit, *de Amadoris*, qui, cum Cardinalis Carolus Barberinus Regni Polonici apud Pontificem Protector, in solenni festivitate laudari voluisset hunc Regem, Laureæ Viennensis maxime participem, tantum abest, ut dissimularet gesta Saxonica, ut potius expressè primum ipsis Laborem libentissimè tribuat, *Divisis*, inquit, *copiarum viribus Rex jubet Germanos concurrere. Non detrecta vere pugnam Barbari, quorum ardorem ac primum belli impetum fortissimi Saxones exceperere, qui tanquam pro modo virtutis, fortune gradus deberetur, primâ in acie constituti, illatis ultrò acceptisq; vulneribus, in vestigio quisq; suo fama; superstites cecidere, haud indigni illius Imperio Principis, à quo gloriosissime ducebantur.* O gratum Itali testimonium, qui de Germanis gloriosa non fuisset dicturus, nisi clarissimam occultare veritatem & pudor prohibuisset & ingenuitas. At enim vero cum reliquorum triumphorum successus à Viennensi hæc prosperitate dependeat; Potentissimus vero **ELECTOR** Noster magnum in eâ pugna momentum attulerit, ut subito, ut serio, ut sapienter omnia conficerentur: Nemo mirabitur Gloriosissimum

mum

mum hunc Heroem varia gaudendi ac gratulandi argumenta hactenus habuisse; nec minus à tanto gaudio alienum credet, omnem hunc felicitatis sensum Civibus ac Subditis fuisse communicatum, postquam Provinciis indicta fuit universalis Solennitas, quam, nisi dicere velimus Jubilæum, merito tamen, ex optimâ futurorum spe, vocare queamus Jubilæi Prodromum. Neq; suo defuerunt Officio, quicumq; Serenissimum hunc PARENTEM Defensorem, Benefactorem, Statorem agnoscunt: quippe quod felicissima Regiminis initia faustis undiq; successibus signarentur, ac omen captaretur indubitatum, fore ipsum Armis suis apud Exteros gloriosum ac felicem, domi tranquillum.

Sed qui Templo vicinum esse voluerunt Gymnasium, Majores optimi, Legem velut scripserunt, nihil agi posse in Ecclesiastica Panegyri, cui non succineret Echo Scholastica, cuiq; non advesfieret Juventus Ecclesiæ ac Politicæ destinata. Quamobrem, ut appareret, quam libenter nos velimus coeptam in templo Pietatem ulterioribus precibus commendari, quo momento publicabatur Festi celebritas; Juvenes diligentissimi, tum indole propria excitati, tum voluntate Præceptoris confirmati, nonnulla brevibus meditationibus complecti decreverunt, quæ simul pristinam Turcarum gloriam in argumentum poenitentiae describerent, simul ex eorundem infelicitate spem nostram ac lætitiâ magis provocarent. Isti vero Specimini concessa est hora diei crastini matutina post auditam octavam, cui ut Vestrum testari Favorem cupiatis, quicumq; vel PRINCIPIS, vel Patriæ, vel Juventutis incrementum cordi habere consuevistis, ita rogo & obtestor, ut, si affulserit reciproca demerendi occasio, nos futuri simus ad quælibet officia promptissimi; sin his votis restiterit virium tenuitas, agnoscendo tamen & deprædicando paria simus facturi.

Cæterum ne oculos fugiat aliqua Exercitii Sciagraphia, unde novimus Audientium Attentionem mirificè excitari posse, quid singuli sint dicturi, breviter exponemus.

Primo loco HERFARTHUS laudatis Christianorum Victoriis flexoq; ad Potentissimum ELECTOREM sermone, suos tandem provocabit Commilitones.

Alter GÜNTHERUS causam expositurus, quâ Turcicum maxime creverit Imperium, nominabit Latinarum & Græcarum Ecclesiarum dissidia, quibus effectum, ut, postquam Romanus Pontifex sibi in occidente Primatum tribueret, Orientales vero ad ipsius agnitionem adigi non possent, nemo de ipsorum cladibus cogitaret, nemo dignos auxilio judicaret, donec Barbarus, superatis eorum partibus, eadem ferocia nostris finibus incumberet.

Tertio ENGELMANNUS potiolem causam allegabit confusum & perversum Orientis Imperium, quod mutuis cædibus, injuriis & conspirationibus, quin & divisis Imperii viribus concussum patuit

Ty-

Tyrannis invadentibus, ut primo per negligentiam decederet Bithy-
nia, postea velut capistrum Christianis injectum occuparetur Adriano-
polis, tandem Christiani variis ludibriis & invasionibus lassati amitte-
rent Constantinopolin, ac ultima lacinia simul abriperetur Trapezun-
tium: Sic enim potuisse vicinum tanta potentia nixum viam aperire
ad Hungariæ fines, imo spem maximè improbam Germaniæ etiam su-
bigendæ somniare.

Quartus RAMINGIUS à Causis externis progredietur ad internas,
ac evolutis Turcici Status arcanis, quantum in statuenda hac Antichristi
fede laboraverit Satanus exponet: Quid in Religione, in Consiliis, in
Legibus, in omni tandem regimine fuerit susceptum, ut potentia belli-
ca præ cæteris consisteret, novoq; subinde augmento infelix hæc Luna
majorem plenitudinem indipisceretur.

Quintus WELSCHIUS à Progressu ad Lapsum diducturus Au-
ditores, magnam rei minus feliciter gestæ culpam diffluentibus mili-
tibus moribus imputabit, qui cum severâ disciplinâ, vitaq; ad omnem
duritiem firmatâ, superiorum seculorum Victorias reddidissent facilio-
res; nunc insigni licentiâ, Imperatorem contemnere, Leges eidem sæ-
pe dictitare, quin & mortem ac vitam ejus in potestate habere consve-
verunt: Ipsi verò cognita voluptatum & commoditatum aliquâ dul-
cedine, non Imperantibus modo facti sint invisi, sed Imperio simul inu-
tiles & damnosi.

Sextus RITTERUS Imperatorem producet tantis motibus mino-
rem, qui multum adhuc Puer in thronum abreptus, paternisq; male-
dictis velut initiatus, Matrem habuerit ambitiosam, de augenda Filii
prudencia minus sollicitam, dummodo ea posset suis inservire cupidi-
tatibus; nunc eò insaniam progressam, ut malit omni infamiâ prosti-
tuere filium, noviq; Imperatoris commendatione turbare Statum,
quàm à receptâ hæctenus imperandi consuetudine paulum recedere:
erescantibus vel ideò tumultibus, quod inter Venerem & Venationem
distractus Princeps, nec ipse potest dispicere meliora, nec Personis ad
dispiciendum aptioribus Aulam suam cupit illustrari. Unde permo-
tus hic Orator, intelligens Christianorum partibus contingere feliciter
nihil posse, quàm hostes nulla virtute formidabiles, miro Paradoxo sæ-
pius exclamabit: Vivat Turcarum Imperator!

Septimus WINZIGERUS Ruinam hanc adscribet impudentissi-
mæ Perfidie, quâ Barbari Pacis ac Belli Leges, à suâ libidine interpre-
tantes, dicere vel mutare sunt ausi. Simul autem allegabit infau-
sta Christianorum exempla tum ad Varnam 1444, tum ad Mohazium
1526, quibus vindicata videbatur ipsorum inconstantia; ut credibile
nunc sit, impune semper ferre non potuisse hos infideles foedifragam
suam impudentiam; præsertim ex quo Inducias vicennales, intra ter-
minum sanctè constitutum, nullis laceffiti causis rumpere non dubi-
taverunt.

Octa

Octavus NICOLAI verſa ad Potentiſſimum ELECTOREM Pie-
tate, duos ex Sereniſſima Ejusdem Familia nominabit Heroes, quo-
rum in Hungaria eluxit Fortitudo: ALBERTUM Lineæ Fundatorem,
qvi Ernestum Avunculum adverſus Matthiam Regem defendebat;
& MAURITIUM Primum hujus Lineæ Electorem, qvi Turcis ad Bu-
dam perfide militantibus ſuam ſimul Virtutem oſtendebat. Tertiūq;
nunc HEROIS virtutem admiratus, qvi JEHOVAM IN VEXILLO
ſecum vidit abeuntem, ſecum pugnantem, ſecum redeuntem: ſic ta-
men PATRIÆ PATRI omnem apprecabitur Succellum, ut plenam
ſimul Victoriā Potentiſſimis Fœderatis IMPERATORI, POLO-
NO, VENETIS, omniq; tandem Populo adverſus communem ho-
ſtem militaturo, votis qvam calidiſſimis DEO commendet.

Ultimus MEUERUS Elegiaco Carmine Preces ita continuabit,
ut DEUM roget, velit non modo Turcarum viribus injicere caſtrum,
ſed etiam clementer proſpicere, ne domitis in Oriente hoſtibus, alii
criſtas erigant, unde non minor in Patriam redundare queat calamitas.

Neq; deest omen, affore Votis noſtris & Gratulationibus ſuum
pondus, ſi præteriti temporis memoria recolatur. Paucis enim ante Vi-
ctoriam Viennæ decretoriâ diebus, in Gymnaſio noſtro, qvoad Actu ad
Nobiliff. SENATUM Gratulatorio diſtinebatur, Muſicæ ſolennioris
loco non audiebatur, niſi Cantilena, verbis humillimis à DEO Chriſti-
anorum hanc ſecuritatem ſolicitans: & cum adeo ſubitus, adeo per-
fectus, adeo futuris triumphis confirmandus ſeqveretur eventus; cre-
didimus, qvoties à Juventute noſtrâ qviquam rogatur, fore ut DEUS
ſucceſſentiū Plantarū Fautor, cujus deliciae cum filiis hominū, pon-
dus & felicitatem contribuat. Cæterum denuò rogare ad novam hanc
Pietatem, Viros Bono Publico & Scholaſtico deditos, ſupervacuum eſt:
qvippe qvoad Suus qvisq; futurus eſt invitator, vel ſi ſpectemus rei be-
nè geſtæ Conſcientiam, Suus remunerator. Aliquam tamen invita-
tionis vicem ſubeant Cantilenæ, præſentem Panegyriū excitaturæ. Si
enim vel maximè non placuerit extemporale artificium; placebit
certè melodiarum, hætenus cum plauſu probatarum, amœnitas. Fa-
xit Deus, ne unquam concinere liceat vel moroſiora vel triſtiora.

Ingredientes excipiet hæc Oda.

I.
Der Höchſte ſey gelobt/ der unſern Fürſten ſegnet/
 Daß Treu und Friede noch einander hier begegnet/
 Daß ſich Gerechtigkeit und Friede lieblich küßt/
 Und daß der Himmel ſtets dem Lande günſtig iſt.
 Denn ſo kan man ſich verſtehen/
 Auch ein Danck-Feſt zubegehen.

Alch

2.

Ach wer zurücke denckt / da wir vor wenig Jahren/
Um Deutschland und um uns/ betrübt und furchtsam waren/
Da uns des Landes Trost schon aus den Augen fahm/
Und da der beste Kern des Volckes Abschied nahm:

Da bestund dasselbe Stücke
Gleichsam auff dem blossen Glücke.

3.

Hingegen als die Post den Sieg zurücke brachte/
Daß unsre Tapfferkeit die Gränzen sicher machte/
Daß der Tyranne lieff/ den GOTTES Krafft verstieß/
Auff daß Er Stahl und Gold zur freyen Beute ließ:

Ach da funden sich die Lieder
In dem frohen Thone wieder.

4.

Wolan der schnöde Feind hat dort die Flucht genommen /
GOTT laß ihn nimmermehr mit Siege wieder kommen/
Er hat des HERRN Zeug bißhero gnung verhönt/
Nun wendet sich das Blat/ daß uns der Lorber krönt.

JESUS stehet in der Fahne/
Der vertritt uns auff dem Plane.

5.

Nun dieser wolle noch des Keyfers Macht regieren/
Daß Er und unser Prinz des HERRN Kriege führen/
Daß wir mit Lieb' und Furcht in unsern Kirchen stehn /
Wenn andre vor den Feind dort hin zu Felde gehn.

So wird Glücke bey den Sachsen
Und durch aus in Deutschland wachsen.

Discedentibus ultimam gratiam vel exprimere vel
suffurari conabitur ista:

I.

Wir sind mit GOTT vergnügt/ der hat es wol gefügt:
Dieser muß walten /
Und muß noch fernerweit der Deutschen Sicherheit
Gnädig erhalten.

2.

Der Feind aus Morgenland hat sich zwar umgewandt/
Daß wir uns freuen:
Allein wir dürffen nicht/ in frecher Zuversicht/
Gegen ihn schreyen.

3. Der

3.

Der Satan lebet noch / der stets ein neues Joch
Über uns führet;
Wo nicht des Höchsten Krafft / uns und die Nachbarschaft /
Ander regieret.

4.

Ist gleich der Türcke todt; so darff die ander Noth
Eben nicht sterben:
Denn wo mans kaum vermeint / da wohnt ein neuer Feind /
Uns zum Verderben.

5.

Es liegt an Gottes Huld / wenn wir mit keiner Schuld
Jammer verdienen /
Und durch des Himmels Trieb / in Glauben / Furcht und Lieb'
Öffentlich grünen.

6.

Last uns nur frömmere seyn / so wird des Lebens = Pein
Alle verschwinden /
Und unser Salomon wird um den Friedens = Thron
Segen empfinden.

7.

Drum bleiben wir vergnügt in Gott / der alles fügt /
Dieser mag walten /
Und mag noch fernerweit des Landes Sicherheit
Einig erhalten.

Servet DEUS Germaniam, Saxoniam, Lusatiam, Zit-
taviam! *Dab. è Gymnasio d. 30. Januar.*
M DC LXXXVI.

